



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

40. Batavi Monasteriensibus pecuniam mutuuntur. Reclamante Principe.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)



tum, ipsos etiam & iis quidem conditionibus invitare quibus abundè Civium salutem consultum putent; neque de pace Regem acturum unquam, nisi pactâ simul Civitatis incolumitate. Animos verò Civium in Remp. hanc magis, quam Regem propendere; at si constantes velit, necessarium videri, ut tempestivè foveantur. Indicet, in re tamdiu deliberatâ haud ultra moras necesse oportere, sed maturato opus esse. Nihil tunc quidem poterat efficacius proferri, quo Batavorum mentes occuparet. Nec enim quidquam Resp. sic averfabatur, quam Regis eâ tempestate formidabilis potentiam, viciniâque, cui frangenda classis integra & pars exercitus, Regi Daniæ auxiliares in septentrionem jam pridem destinârunt. Effecit ea Monasteriensium ostentata in Batavos propensio, & Batavorum à Succis aversio, ut tantò se posthac pròniorem Resp. probârit, quantò intensius Civitatem ab omni Suecorum commercio cupiebat alienam.

40.  
Batavi  
Monasteriensibus pecuniam mutuatur.

Tertio post die decernunt adeundum esse *Friquetium*, ut is auctoritate Cæsaris dissidentes componat, monendumque, non passuros unquam Ordines, ut armatâ manu Civitas infestetur, sed eo casu fore sollicitos, ut laborantibus vicinis opem ferant. Interea verò oportere Provincias afflictis credere eam pecuniæ summam, quam



quam temporis, rerumque successus videbitur postulare, ita tamen, ut nec in fœdera cum aliis coëant, nec alterius cuiusvis præsidium admittant, nisi Rep. consentiente. Oblatam pecuniarum mutuacionem Monasterienses amplectuntur, amicorum suasu, qui sicut à Suecis etiam abstractos Cives volebant, ita esse explicabant quæsitæ protectionis exordium, nec magis Civitatem ad annui solutionem census, quam Remp. ad Studiosius cavendum, ne Civitas pereat, hac ratione obligatum iri.

Et quamvis Princeps re intellectâ in- *Recla-*  
terpositis statim litteris obsisteret, ne ar- *mante*  
gentum fœnebre locaret Resp. *Haud Princi-*  
*enim municipale & subditam Civita-* *pe.*  
*tem posse sine suo consensu fœnori pecu-*  
*niam accipere; neq; se neq; successores*  
*laturus unquam, ut census solveretur:*  
nihilominus decies mille imperiales hac  
vice numerati sunt, & promissa quot men-  
sibus summa etiam auctior, si quidem res  
Civitatis id exigerent; è contra Cives &  
se, & sua, Urbisque facultates omnes op-  
pignorârunt, subjeceruntque cuiusvis loci  
foro, & nominatum executioni ipsius Reip,  
militari.

41.

Ordines verò Tubicinem expediunt *Batavo-*  
cum epistola ad Principem, quâ non sine rum ad  
*mœrore intelligere se testantur ingen-* *C.B. lit-*  
*tem tera.*